

Mercurio 31 (24) 31/55

29/ 1730. 16 Aug



I

Karl VII zu Gienne des Steffanus
Luganus.







1
Marsio 31 (24)

CAROLVS,

Divinã favente clementiã,
Romanorum Imperator
semper Augustus, ac Rex
Germanie, Castelle, Legionis,
Aragonum, utriusque Sicilię,
Hierusalem, Hungarie, Bo-
hemie, Dalmatie, Croatiae,
Navarrae, et Indiarum ñ^a,
Dux Mediolani ñ^a. Recog-
noscimus, et notum facimus



tenore presentium univer-
sis. Cum nobis exposuerit
Steffanus Luzanus laudabilia
servitia decem, et octo anno-
rum spatio in Cancellaria &
Confinium Senatus nostri &
Mediolanensis prestita, eius-
que indefesum, ac extra-
ordinarium laborem, soler-
tiam, ac zelum in inces-
santibus controversijs cum-

Principibus finitimis, nec
non etiam occasione men-
surae generalis dicti Status
pro generali eiusdem cen-
sitione, absque ullo, aut
emolumento, aut salario
verum cum onere ex pro-
prijs pecunijs confici facien-
di scripturarum, ac docu-
mentorum exemplaria, quo-
rum subministratione opus

erat; ac proinde humili-
ter supplicaverit, ut atten-
tis predictis, sibi, cum
facultate nominandi, ac
per substitutum exercen-
di, futuram successionem
pro una vita unius ex
offitijs Regij Cancellarij
Senatus nostri predicti,
quod primum, adimple-
tis gratijs anterioribus va-

Vacare contigerit, concede-
re dignaremur; Grata pro-
inde consideratione haben-
tes diuturna supplican-
tis servitia, illiusque me-
rita, ac nunquam in mu-
nere intermissam fidem,
ut aliquod acceptationis
nostre pignus habere va-
leat, prefatis precibus be-
nignè admissis, iisdem mo-

modo, in forma ac cum-
qualitatibus infrascriptis
annuere statuimus. Tenore
itaque presentium, ex-
certa scientia, Regiaque,
ac Ducali auctoritate nos-
tra deliberati, et consul-
to, ac ex gratia speciali,
maturaque Supremi nos-
tri Hispanici Consilij pre-
cedente deliberatione, pre-

4
prenominato Stefano Luga-
no futuram successionem
unius ex officijs Cancellarij
Senatus predicti Mediola-
nensis, quod, adimpletis con-
similibus gratijs antea con-
cessis, primum vacare con-
tigerit, pro una vita, ab eo,
heredibus suis, aut succes-
soribus, vel ab eo, vel eis
legitimam facultatem haben-



habentibus, nominanda,
cum facultate per substi-
tutum exercendi, damus,
donamus, concedimus, et
elargimur, ita ut, cum
casus vacationis, et sub-
ingressionis evenerit, frui
habeat salario annuo, emo-
lumentis, exemptionibus,
iuribus, lucris, ceteris
que ad dictum officium

5

CAROLVS SEXTVS DEI


gratia Romanorum Imperator Hispaniarum, Vtriusque Siciliae, Rex, et Mediolani Dux & Petita per Stephanum Luganum Cesareo Regionum Finium in Cancellaria Sen: nri Pruvincialem Cancellarium Suballigati Cesareo Regij Diplomaty nostri interminatione, ycco, attendentes Sup: Seruitia, labores, et nunquam in munere intermissam fidem, ut aliquod acceptationis nostre pignus habere valeat, Eidem concessimus, ac elargiti sumus futuram Successionem unius ex officij Cancellarij Senary pro: quod (adimpletis conuincilibus Statij antea concessis) primum vacare contigerit, pro una vita ab eo, hereditibus suis, aut Successoribus, vel ab eo, vel eius legitimam facultatem



habentibus, nominanda cum facultate
per subscriptum exercendi; ita ut cum
Casus vacationis, et subingressiois
evenerit, frui habeat salaris annuo
Emolumentis, exemptionibus, honori-
bus, Ceterisque ad dictum officium
Cancellarij debite spectantibus, et pro-
:mentibus, et quibus Predecessores in eo
gavisii fuerint; Et prout ex dicto Cer-
: regio diplomate nostro vicenne dato
die 16. mensis Augusti anni 1730. max-
evoluti, Senatuj que pro maturiori
deliberatione. Ficum nostrum exa-
:rauit, qui Sup^{ri} fide, ac diligentia
probata Internationi annuit cum
qualitatibus, et clausulis in dicto
diplomate insertis; modo persona
nominanda, sine substituenda a Se-
:natus nostro approbetur: Omnibusque
in dicto ordine propriis, Stetit Cur-
:dem Sententia dictum Cerarco Reg^s



[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and bleed-through.]



7

Cancellarij debite spectan-
tibus, et pertinentibus, et
quibus prædecessores in eo
gavisi fuerint. Mandan-
tes propterea Illustri nos-
tro Gubernatori presen-
ti, et futuris, Præsidi, et
Senatui, Præsidibus, et
Magistris utriusque Ma-
gistratus, Thesaurario
nostro Generali, cæteris -

cæterisque officialibus, ~
ac subditis nostris Me-
diolanensis Domini, ad ~
quos spectat, et spectabit,
ut, adveniente casu vaca-
tionis unius ex supra ~
dictis Cancellarijs, ac ad-
impletis consimilibus ~
gratijs antea concessis, ~
prefatum Steffann Luga-
num, vel personam ab eo,

1731. 4. Aprilis = caueat de soluendo Dimidia Annata ad pro Principali,
quod pro subditis et eueniente casu subingris non mittant in posses. nisi
prius constet de illius solutione juxta huius Juris regular, et vniuersales
Andriannus (S. Com. 1731)



deceat. Hasque nos-
tras inviolabiliter ob-
servent, et exequan-
tur, observarique, et ex-
equi faciant per quos cum-
que. Sic enim e men-
te nostra deliberate pro-
cedit. Harum testimo-
nio Litterarum, manu-
nostra subscriptarum,
Sigillique nostri appen-

Marchio 31 (24) 31/33

29/ 1730. 16 Aug



I

Karl VI zu G. S. des Steffanus
Luganus.

